PHARMACOPOEIA LONDINENSIS.

PONDERA ET MENSURÆ.

APUD noſtrates in uſu ſunt duo ponderum genera, unum, quo aurum & argentum veneunt, alterum, quo cæteræ fere merces; prius lingua vernacula vocamus *Troy weight*, poſterius *Averdupois weight*. Horum libræ diverſo modo dividuntur; illius enim libra duodecim tantum uncias habet, hujus vero ſedecim. Pondere quoque differunt, tum libræ, tum unciæ; libra aurifabrorum minor eſt altera, uncia major.

Nos libra aurifabrorum utimur; quam tamen, non ut iſti opifices, ſed in hunc modum dividimus:

Libra	habet	uncias duodecim,
Uncia		drachmas octo,
Drachma		ſcrupulos tres,
Scrupulus		grana viginti.

MENSURÆ liquidorum etiam apud noſtrates diſpares ſunt, aliis metiuntur cereviſiam,

aliis vinum; posteriores nos adhibemus, & eam vocamus libram, quæ lingua vernacula appellatur *A wine pint.*

Hanc libram hac ratione dividimus:

Libra Uncia	habet	uncias sedecim, drachmas octo.

Congius habet libras octo.

Cochleare denotat mensuram unciæ dimidiæ.

QUONIAM mensuram, quam vocamus libram, nullius fere liquoris pondus librale adimplet; ubique præfiximus P. vel M. prout pondere, vel mensura, unaquæque præcipitur.

MATE-